



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.


Leodiensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

LEODIENSIA.

517

Nunc, DIVA, meritò consecraui LIPSIUS.
Nam numine istæc incohata sunt tuo,
Et numine istæc absoluta sunt tuo.
Porro ô benignitatis aura perpetim
Hec spiret! & famæ fugacis in vicem,
Quam PENNA peperit, tu perenne gaudium
Vitamq; DIVA, LIPSIUS parestuo.



LEODIENSIA.

D. O. M. S.

GERARDO à GROISBECK S. R. E. Presb. Cardinali, Episcopo, & Principi Leodiensi, Administratori Stabulensi, viro incredibili prudètia, pietate ac facundia prædicto, qui Provinciam suâ temporibus difficillimis annis xvi. summa Innocentia, atque animi fortitudine, pace & bello non modo conseruauit, verum etiam auxit, atque ipsis hostibus admirabilis virtute inuidiam superauit. Curatores bonorum ad leniendum parentis patriæ desiderium, monumentum hoc opt. merenti mœstissimi posuerunt.

Quem tegat hic tumulus, quondam si LEGIA queres,
Te, sicut vsq; licet maxima, maior erat.
Vixit ann. LXIV. Obiit an. sal. hum. M. D. LXXXIV.
Kalend. Ianuar.

ALIVD.

CAROLVS LANGVS I.C. vir ut scripta eius testantur, doctiss. cui Lætinus Torrentius, & Ioannes Douerinus Collegæ monumentum posse. Obiit anno M.D.LXXIII. III. Kal. Aug.

Kk 3 JANI

IANI LERNVTII PARODIA.

*Manibus CAROLI LANGI in Eburonibus
sepulti Sacr.*

FLANDRIA LOQVITVR.

*Tot bellis infracta, mibiq; ægre ipsa superstes,
Ipsa tuas venio FLANDRIA ad inferias,
Ut LANGI, affatu te extremo, & munere amore
 Compositum externo prosequeret tumulo,
Quandoquidem historiae, linguarum, iuris auti,
 Et rerum naturæ intima notitia,
Virtutesq; simul tecum interiere, simulq;
 Interierè mihi gaudia raptæ meæ.
Nunc ergo extinctæ quæ munera sola supersunt,
Debitarite tuis munera funeribus.
Accipe materno veroq; madentia fletu:
Atq; in perpetuum LANGI hanc atq; vale.*

IN D. IACOBI.

DANIELI MAVCH, & ROSAE STOCKERIN coniugg. qui postquam hæretic. factionibus aris
focisque paternis pulsi, in hac Eburonum v; be exiliij voluntarij sedem collocassent, i v. mensium in-
ter vtriusq; obitum spatio intericto, in æternam
patriam migrarunt. Daniel filius vii gena parenti-
bus opt. dulcissimisque mœrens P.

Vixit Daniel ann. LXIII. Rosa LVII. in matri-
monio vnâ fuere ann. XXXVII. Obiit hac
prid. Id. Iul. ille XVI. Kal. Decemb. ann.
Christi M. D. XL.

IN

IN GVILIELMITARVM
COENOBIO.

Hic iacet vir nobilis D. IOANNES de MANDEVILE, Al. D. ad Barbam miles, Dominus de Campdi, natus de Anglia, Medicinæ Professor, deuotissimus Orator, & bonorum largissimus pauperibus erogator, qui toto quasi orbe lustrato, Leodij diem vitæ suæ clausit extremum. Ann. Domini M. CCC. LXXI. M. Nouemb. die XVII.

ALIVD.

Hoc iacet in tumulo, cui totus patria viuo
Orbis erat, totum quem per agrasse ferunt.
Anglus Equesq; fuit, nunc ille Brit annus Vlysses
Dicatur, Graio clarus Vlysse magis.
Moribus, ingenio, candore & sanguine clarus,
Et veræ cultor Religionis erat.
Nomen si queras, est MANDEVIL, Indus, Arabusq;
Sat notum dicet finibus esse suis.

IN D. MARTINI.

TRISMEGISTO ORBIS SERVATORI.
Dardanidæ, Ausonij, Gandenses, Musica, Phœbus,
Multiscij flerunt tristia fata PAPI:
Qui cum plus nimio maleficio credidit vndis
Corpus, abit Mosæ sub vadacaca mis^{er}
ANDREAS PAPIVS Gandensis, huius ædis
Canonicus, utriusque linguae peritiss. Musicus &
Poeta optimus, magni illius LABVINI TOR-
RENTINI II. Antuerp. Episc. Nep. & Alumnus,
du Syrios pertitus ardores ad Lontigerorū turrim,

aqua& silenti se committit, meando, remeandou& dem fatiscens, occidit Id. Iulij anno M. D. LXXXI. triduo p̄st hic sepult⁹. Viuat & ætherea luce fru& tur.

HOC PAPIO poss. Ianus Collega Guilielmus.

IN S. DIONYSII.

Ad Dei omnipotentis honorem & M. DOMINI LAMPSONII, probitate, varia scientia & functione publica clari, in hac Ecclesia sepulti, suique memoriam D. NICOLAVS LAMPSONIVS eiusdem Ecclesie Decanus, eius frater pos. Anno M. D. C III.

SIC erat, hoc Late notVs LampsonIVs anno
Ipsā defVnCtVs qVas anCtVs a LeXIVs horā.

LEGES CONVIVALES IN AEDIBVS CVIVSDAM CANONICI.

Lex HORIANA iubet tibi, vir, seu federis hospes,
Siue herus ad mensam, parce aperire caput.

Lex HORIANA tibi, mulier, seu federis hospes,
Siue hera, praescribit, tollere parce femur.

Causa triplex. non sunt in mensa immota mouenda;
Mensa vacet fastu, pilea labe, decet.

Exlegi sua pœna, meri potare cululum,
Aut, si pœna frequens ipsa iuuabit, aquæ.

Lex iubet, in mensa, BVR nellia, qui datur, orbem.
Seu qua am, serua vir, mulierne, tibi.

Causa duplex: vt inepta, aut facta modestia cesseret;
Et gladiatorum ceu grege mensa vacet.

Quippe obtrudendis certatum oblaedere quadris,
Coniuia& digitos, mutuaq; ora solent,

Lem.

Lex MAMERANA iubet, soniuua vocatus adito
 Maturè, & comitem ducere parce canem.
 Haud etenim, tibi si gratus comes ille caninus,
 Sic domino, aut domini gratus & ipse cani.
 Quin & herus mensa, tibi si canis, inde relega,
 Ne cui det, visum non semel, ille malum.
 Neupugnâ coniuua nimis ciuilis, at illa,
 Assignabit herus quam tibi, sede sede.
 Quod iubet hospes agas, si non vis tollere plagas,
 Lex vetus, & nota est, hanc Mamerana nouat.
 Lex AVGVSTINI, præsentum, aut rodere dictis
 Absentum vitam, digna ferente, vetat.
 Lex, GAVDANE, tua est, se si quis inebriet, illi
 Postera lux puro pellat ut amne sitim.
 Dixerit & si quid, seu fecerit ebrius idem,
 Quo Iesus fuerit, siue homo, siue Deus:
 Non modò ut amne sitim sibi pellat, at eroget vltro
 Esuriem pauper pellat, & vnde sitim.

Ante cibum, potumq; DEI benedicere dona,
 Sumptaq; post, grates dicere, dona Deo,
 Simplice nos victu contentos, simplice cultu,
 Et dare pauperibus si quid vtriq; super,
 Legiferum capit is Lex præcipit aurea CHRISTI,
 Et mundo, mundi delicijsq; mori,
 Gaudanus patér vsq; monens plantatq; rigatq;
 O, incrementum tu dare, CHRISTE, velis.

Dominici Lampsonij.]

Kk 5

LUXEM-